



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 160. Jacobitarum accessus ad Synodum Florentinam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. gentesimo quadragesimo. Dupinus in sua
 A.C. 1441. Historia Sæculi decimi quinti nullam hujus
 Synodi mentionem nobis reliquit.

§. CLX.

Jacobitarum accessus ad Synodum Florentinam.

ANNI hujus millesimi quadingentesimi quadragesimi primi exordia unione atque concordia Jacobinorum seu Jacobitarum cum Ecclesia Romana nobilitata fuere. Elapso jam anno die duodecima Septembris Joannes eorum Patriarcha ad Eugenium Papam literas dedit, per Andream monasterii S. Antonii Abbatem delatas, in quibus ad illam Pontificis epistolam, qua Patriarcham ad Florentinam Synodum vocaverat, respondit. Excusabat in iis suam a Concilio absentiam, obtendens infirmam valetudinem, atque paupertatem; nihilominus tamen se venerabilem quemdam fratrem suum, morum integritate, & doctrinæ præstantia commendandum ablegasse aiebat, eo consilio, ut vices suas ageret. Hujus Patriarchæ Legatus in quadam Congregatione, cui Eugenius Papa præerat, honorifice exceptus, legationis suæ causam Syro idiomate exponebat, cujus oratio primum Italice, dein latine reddita, in acta Concilii fuit relata. Tribuebat Patriarcha-

triarcha in ea epistola summo Pontifici
 maximos honorum titulos, eundem ap-
 pellans *Sacerdotii perfectionem, & omnium
 Ecclesiarum Apostolicum Pastorem, Sacer-*
dotum Principem, peregrinantium, qui cete-
ris viam salutis ostendat, Ducem, & languen-
tium Medicum. Quibus Andreas hujus
 Epistolæ bajulus subjunxit, illum esse *Ca-*
put, & universalem Ecclesie Doctorem, la-
tinam vero Ecclesiam retinuisse doctrinam,
quam ab initio SS. Petrus & Paulus tra-
didissent, quam alie Ecclesie deserentes, & se a
Romana Ecclesia Matre atque Magistra
omnium separantes, gentibus in opprobrium,
& ruinam traditæ essent. Papa ex Jaco-
 bitarum ad Ecclesiam accessione immen-
 so cumulatus gaudio, felicem hanc for-
 tem congratulatus est eorum Legato, at-
 que ut unionem etiam quoad dogmata
 firmiter stabiliret, luculentam tradidit Ca-
 tholicæ fidei expositionem, cujus rei ta-
 men exactam cognitionem haud qua-
 quam assequi poterimus, nisi prius Jaco-
 binorum originem, atque eorum errores
 compertos habeamus.

secul. XV.
 A C 1441.
 Conc. Flor.
 part. 3. p.
 1201. ex to.
 13. Conc.

§. CLXI.

*Jacobitarum origo, eorumque
 errores.*

Igitur Jacobitas nomen suum a quodam
 Jacobo Zanzalo seu Bardajo mutuasse
 constat.

us in sua
 llam hu-
 liquit.
 ynodum
 entesimi
 unione
 eu Jaco-
 nobilita-
 odecima
 triarcha
 dit, per
 bbatem
 fificis e-
 entinam
 Excu-
 entiam,
 atque
 i se ve-
 m, mo-
 ræstian-
 ebat, eo
 Hujus
 Congre-
 rat, ho-
 causiam
 oratio
 dita, in
 bat Pa-
 triar-